



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia

Sulpicius <Severus>

Amstelodami, 1665

Sedecias Rex Iudæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11490

tato nomine *Joachis* vocitatus est. ¹Hic Joachæ fratri *Jo-*
sæ F fuit, ²fratri quam patri propior, ³sacrilegio in-
 visus Deo. Igitur cum regi Ægyptio pareret, quippe cui ³
 tributum penderet, ⁴Nabuchodonosor ^{*} rex Babylonius

Judæam

Idque pro more Ægypti & Syriæ Regum, quibus solenne aliud privatum, aliud regium nomen habere. Et hinc illa diversitas in Labonitus & Nabochodonosor, Laborosardach & Beltschazar, Darius Medus & Nabonidus, Baladan & Nabonassar. Quorum unum nomen privatum, alterum publicum est. Vide Scal. vi. de Emendat. Temp. Eadem significatio est in Eliakim & Joakim. Sed quia Syris Saturnus ⁷⁸ vocabatur, ideo nomen Dei Judæorum, quam sui Dei, ponere in vieti principis nomine, voluit. Grot. Debet autem scribi Joacis per c simplex. Nam in Ebraeo Joacim. *Drus.*

¹ *Hic Joachæ fratri Jofie filius fuit.]* 11 Reg. 23. 11 Chron. 36. Joseph. 10. 6,7. Legendum est: *Hic Joachæ filius Jofie frater fuit.* Sic enim in Regibus: *Constituit Eliacim filium Jofie, pro patre suo. Sigen.* Jofias enim quatuor filios habuit, Ioannem, qui à nonnullis Joachaz esse creditur, Ioacim, Sedeciam, & Sellum. Doctores Ebræi scribunt Iacim & Eliacim, duobus circiter annis majore fuisse Joachazo. Quod sic probant. Textus ait: *filius virginis trium annorum erat Joachaz cum regnare inciperet.* Et alibi: *Filius virginis quinque annorum erat Joacim cum regnare inciperet.* Idem ait, Joachaz tribus tantum mensibus regnasse 1 Paral. 36. 2. Hæc manifesta sunt. Aliud argumentum 11 Reg. 23.

³⁰ *Tulit populus terra Joachaz filium Jofie & unixerunt eum. Cur unixerunt? Nam filii regum non ungebantur, nisi ob certam causam.* Respondent Ebrai, quia Iacim natu major erat. Addunt doctores, quia implebat locum patrum suorum, quod non faciebat Iacim. Dixi Joachaz à nonnullis credi eundem esse cum eo qui in Paralipomenis Iohannes vocatur. Obstat videtur quod Iohannes iste nomi-

netur primogenitus. Respondent ideo fieri quod adoptione primogenitus es-
 set. Nam in regno prælatus fuit ipsi Ioa-
 cim. Abenezra censet Iohannem primo-
 genitum non regnasse, Sellum autem
 esse Joachaz. Secus R. David, qui Sel-
 lum opinatur esse Joachin, nepotem
 Iosiae. Moris enim esse ut nepotes filio-
 rum nomine censeantur. Sic in primo
 librorum Mosis, *quaæ fecerat ei filius ejus minimus*, id est, nepos Chanaan. Idem
 scribit, quum diem suum obiret Iosias;
 Joachaz egisse annum 23. & Sedeciam
 24. & Iacim 25. Addit Sedeciam à pa-
 tre regem constitutum fuisse, post à po-
 pulo Joachaz ei prælatum. *Drus.* Hic
 Iacim Matth. 1. 11. dicitur Iechoni-
 as, fuit vel binominis, quod non
 infrequens in Sacra historia, vel nomen
^{הַיָּה} ^{יְחִיאֵם}, à Matthæo per Ιωακείμ redditum est ^{Ιωακείμ}. In hac sententia
 sunt Epiphanius, 1. Hæref. 6. Ambros.
 in Luc. 11. Spanhemius. Quem de hac
 intricatissima Quæstione differentem
 vide 1. Dub. Euang. vi.

² *Fatri quam patri propior.]* Hinc patet verissimam Sigonii correctionem. Er-
 ror autem ex litera F ortus. Nam cum in codicibus Sulpicianis exaratum esset
 prisco more: *Ioache Fr. Jofie F. fuit*, librariorum imperitia id sic accepit qua-
 si scriptum: *Ioachæ fratri Jofie filius.* *Horn.*

³ *Sacrilegio.]* Idololatria. Frequens
 hoc sensu vox illa apud Sulpicium.
Drus.

⁴ *Nabuchodonosor.]* Ναβοχοδονόσορ
 Beroſo, & in Actis Tyriorum. Ναβοχο-
 δονόσορ ^{אֲבֹדָנוֹן} Abydeno. Ναβοχο-
 δονόσορ ^{מְגַתְּנֵה} Straboni ex Megasthene. in Scripturis
 Nebucadnezar & Nebucadreza. Fre-
 quens enim litteratum ^א & ^{בְּ} permuta-
 tio. ^{לְקַפְּרֵה} Fuit filius Nabopalas-
 faris